

## Beati Gregorij pape Cap. XXVII

Sanctū est: q̄ cū hiesus annoꝝ duodecim  
dixit: in medio doctoꝝ sedens nō docens  
sed interrogans inuenit. Quo exemplo  
scilicet ostendit ne infirmus docere quis  
audeat: si ille puer doceri interrogādo vo-  
luit: qui per diuinitatis potentia verbus  
scientie ip̄is suis doctoꝝ ministravit.  
Hinc vero per Paulū discipulo dicitur:  
Precipe hec et doce: nemo adolescentia  
tuaz cōtempnat. Sciendū vobis est: quia  
in sacro eloquio aliquādo adolescentia iu-  
uentus vocat. Quod citius ostendit: si  
Salomons ad mediū verba proferant:  
qui ait: Letare iuuenis in adolescentia  
tua. Si enim vtraq; vnū esse: non decer-  
neret: quē monebat: in adolescentia iuue-  
nem nō vocaret.

De diuerso modo admonen-  
di eos qui in hoc quod tempora-  
liter appetunt prosperant: atq;  
eos qui ea que mūdi sunt: cōcu-  
piscunt: sed tamen aduersitatis  
labore fatigantur:

## Capitulum. XXVII.

Aliter admonendi sunt: qui in  
hoc quod temporaliter appetunt:  
prosperant: atq; aliter qui ea q̄  
dem que mundi sunt concupi-  
scunt: sed tamen aduersitatis labore fati-  
gant. Admonendi nāq; sunt: qui in hoc  
quod temporaliter appetunt: prosperant:  
ne cum cūcta ad votum suppetunt: dantē  
querere negligant: nec in his que dantur  
animū figant: ne peregrinationē pro pa-  
tria diligant: ne subsidia itineris in obsta-  
cula peruentiōis vertant: ne nocturno lu-  
ne lumine delectati claritatē solis videre  
refugiant. Admonēdi nāq; sunt: vt que-  
q; in hoc mūdo consequūtur: calamitatis  
solatia: non autē premia retributiōis cre-  
dant: sed contra fauores mūdi mentē eri-  
gant: ne in eis ex tota cordis delectatiōe  
succumbant. Quisquis enim prosperita-  
tem qua vtitur apud iudiciū cordis me-

lioris vite amore non reprimit: fauorē via-  
te transeūtis in mortis perpetue occasio-  
nem vertit. Hinc est em̄ q̄ sub ydumeoꝝ  
specie qui vincēdos se prosperitati sue re-  
liquerant: in huius mūdi successibus le-  
tantes increpant cum dicitur. Dederunt  
terram meam sibi inhereditatē cum gau-  
dio: et toto corde et ex animo: quibus ver-  
bis perpendit: q̄ non solum: quia gaude-  
ant: sed q̄ toto corde ex animo gaudeant  
districta reprehensione feriant. Hinc Sa-  
lomon ait: Quersio paruuloꝝ interficiet  
eos et prosperitas stultorum perdet illos.  
Hinc Paulus admonet dicens: Qui es-  
munt tanq̄ non possidentes: et q̄ qui vti-  
tur hoc mundo tanq̄ non vtantur: vt vi-  
delicet sic nobis que suppetunt exterius  
seruiant: quaten⁹ a superne dilectiōis stu-  
dio animū non inflectant: nec luctum nos-  
bis interne peregrinatiōis temperent: ea  
que in exiliū positis subsidium prebent: et  
quasi felices nos in transitoꝝ gradia-  
mur: que ab eternis nos interim miseris  
cernimus. Hinc namq; est: q̄ de electoꝝ  
voce dicit ecclesia. Reua eius sub capite  
meo: et dextera illius amplexabit me. Si-  
nistram dei prosperitatem: videlicet vite  
presentis: quasi sub capite posuit quā in-  
tentiōe summi amoris premit. Dextera  
vero dei eam amplectit: quia sub eterna  
eius beatitudine tota deuotiōe continet.  
Hinc rursus per Salomonē dicit: Lon-  
gitudo dlex in dextera illi⁹: in sinistra  
illius diuicie et gloria. Diuicie itaq; et glo-  
ria qualiter sint habenda docuit: que po-  
sita in sinistra memorauit. Hinc psalmista  
ait: Saluū me fac dextera tua. Neq; est  
ait manus: sed dextera vt vicz cum dexte-  
ram diceret: quia eternā salutem quere-  
ret: indicaret. Hinc rursus scriptum est.  
Dextera manus tua domine cōfregit ini-  
micos. Hostes est dei et si in sinistra eius  
proficiūt: in dextera frangunt: quia plerū-  
q; prauos vita presens eleuat: sed aduen-  
tus eterne beatitudinis damnat. Admo-  
nēdi sunt qui in hoc mundo prosperant:  
vt solerter cōsiderent q̄ presentis vite p-